

De lilio flore



**Natus (similiter ac Via Lactea) e stillis lactis, quae manaverant e pectore Herae, liliū album abhinc saecula est symbolum candoris.**

**Signum item regalitatis a tempore Pharaonum, indicabat in Graecia et Romae amorem sublimem et prosperam procreationem. Phoinices in navibus eum illuc tulerunt, at erat iam notus Assiriis, ut indicant in lapide flores incisos.**



**Iam in insula Santorini alba et rubra lilia parietes ornabant et nuptialia triclinia.**



**Necnon vasa et monilia!**



**Caput uxoris cum spicis decorabat, hodie a coniuge donatur in sexto anniversario.**





**In scaena Annuntiationis, dicatus est Virgini ut signum castitatis a multis pictoribus.**

**A Simone Martini**



**ad Simonem De Sanctacruce**



**Usque ad preraffaellitas, ut John William Waterhouse**



**et Dante Gabriel Rossetti**



**Virgo ibi effingitur ut iuvenis puella, quae acu ornat lilio rubrum pannum, dum mater eam observebat et pater vitem sectat.**

**Pictor, immo, in animo habebat effingere Virginem in actu imitandi et pingendi liliam a duobus angelis rectam.**

**Deinde tamen pinxit unicum angelum, quod puer qui alterius angeli partem pro pictore agebat nimium irrequietus se gerebat.**



**Similiter in his raris Annuntationibus e variis nationibus.**

**In aliis tabulis pictis eius sponsus, cum puero in brachiis, regit baculum ornatum prodigiose tribus liliis albis (id est fide, spe et caritate).**





**In aliquibus legendis, aurea lilia cum Virgo incedit mutant in album eorum colorem; dein, post Christi transitum, de pulchritudine vana erubescunt, itaque ob pudorem album fit rubrum.**



**Tandem in Ebraicis legendis, flos nascitur a stella cometa, quae Magos Bethlem duxit. Astro, enim, terram relinquendum erat, extincturum in coelo ut aliae stellae. At illud acriter restitit, quod ab Arcangelo Michaele mutatum est in florem candidum et aureum, similem stellae in prato.**

**Symbolum puri amoris, est utilis, secundum medicum Eduardum Bach, ad leniendos corporis et animi dolores.**

**Itaque, priusquam iustitiae vis militum cedat, campi Palestinae niveis floribus explebuntur in omni vere ad sanandas feritas tam diuturni proelii.**







LUCIA  
MATTERA